



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

Titvlvs VIII. De Dilationibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](#)

exigere nonnunquam potest, etiam ante litis contestationem, super una saltem particulari dilatione v.g. quam petit litigans, & post litis contestationem, dum in causa conclusum fuerit. Ad formam juramenti de calumnia, quod attinet, praestandum quidem illud esset, propositis, aut tactis Evangelis pro diversitate jurantium, ut dictum, hodie tamen haec solemnitas necessaria non est, modò apud ecclesias juretur coram Judge, aut Officiali ab illo deputato. &c.

## §. IV.

*De panis recusantis præstare jurementum calumniae, & hujus effectu.*

**Q**ui recusat præstare jurementum calumniae, cum tamen præstandum esset, eam pñam incurrit, ut, si actor sit, ab instituta actione cadat; si vero reus sit, pro confessio habeatur, prout deciditur in e. ult. §. Pana vero

b.e. non quidem, quasi ipso iure premis literis incurritur, sed opus est sententia Iudicis, uti patet ex Amben. Principali Cod. b.t. neque tamen hanc pñam incurrit Ecclesia vel Universitas aliqua, si Syndicus aut Administrator, &c. recule jumentum hoc calumniae præstat, cum contumacia horum non nocet principali bus; sicuti nec nocet contumacia Procuratoris ad item continuo, si post item contestatum in proprio animam jurare nolit de calumnia, cum horum delicta non debeant adlendi principalibus.

Efficacius autem hujus jumenti de calumnia vitanda est, quod jurans ob hoc jumentum præstitum excusat in omni calumnandi suspicione, tam tacita, quam presumpta, nisi evidens illa esset, de qua criminaliter accusari, & puniri potest, finitam causam principali calumnians.

## TITULUS VIII.

## DE DILATIONIBVS.

**D**ilatio in genere aliud non est, quam dindultum seu concessio temporis, inter quod aliquid agi potest. Alia est judicialis, alia extrajudicialis, prout ad actum aliquem judiciale agendum vel extrajudiciale conceditur, & Judicium, de quibus hic sermo est, sunt aliæ legales, quæ a lege, statuto, consuetudine, vel stylo Curiae conceduntur; aliæ conventionales, quæ ex partium con-

ventione seu consensu dantur; alia sive etiæ diæ judiciales, quæ à judice, pro tribunali sedente, causâ cognitâ, & utroque parte præsente, in judicio dantur, longiores, & breviores pro diversitate circumstantiarum, prout etiam Judicis est, legales non nunquam restringere, vel prorogare. Et sicuti tres sunt judicis partes. Prima à citatione usque ad litis contestationem inclusivæ. Secunda à li-

lis contestatione usque ad sententiam definitivam exclusivè. Tertia à sententia usque ad ejus executionem inclusivè, ita dilationum etiam judicialium tres sunt species. De quibus sit

## §. I.

*De Dilationibus, que ante litis contestationem conceduntur.*

Unt plures tales dilationes, primò quidem citatorizæ, que etiam vocantur expectatorizæ, & dantur Reo citato, absenti ad comparendum, & respondentum in judicio petitioni Actoris, que quidem dilationes suâ naturâ peremptorizæ non sunt, sed potest unâ concessâ, altera, ac etiam tertia concedi, que tandem peremptoria est, si tamen ratio aliqua exigat, potest prima statim cum termino peremptorio fieri, ita tamen commodum tempus ad comparendum determinando, ut tribus citationibus æqualeat, vel saltem pars citata, abbreviato sine causa justa termino, non nimilum gravetur, quo in calu appellate etiam posset. *C. Dilecti i. b. t.* (ad quam excludendam confutum est, ut si dilationem abbreviet judicx causam illius exprimat, & peremptorizæ citationi inserat) aut ius domum revocandi haberet in causa privata, & novas dilationes petendi, si ex loco remoto in publica causa etiam citatus fuisset. *c. Exposit. 4. b. t.* Secundò sunt aliaz deliberatorizæ dilationes, que dantur Reo post oblatum libellum, ut deliberare possit, utrum litigare velit; & pl. rumque sunt viginti dierum deliberatorizæ hæ inducere à die portæti libelli. Que tamen deliberatorizæ dilationes quandoque negati pos-

sunt, si per literas citatorizæ, quibus tota petitio Actoris inserta fuit, sufficienter instrui possit reus. *c. Preterea 2. § 6. Litera 3. b. t.* Tertiò sunt aliaz recusatotizæ, seu declinatorizæ, que ad omnes exceptiones dilatorizæ opponendas dantur, priusquam fiat litis contestatio, juxta *c. Pastoralis 4. de except. quales dilationes sunt, que reculant Judicem, que rescriptum impugnant. &c.*

## §. II.

*De dilationibus, que post litis contestationem, vel ante sententiam definitivam, vel post illam conceduntur, & de prorogatione, atque effectibus dilationum.*

In secunda Judicij parte post litis contestationem, & juramentum calumniæ præstítum conceduntur dilationes probatorizæ & allegatorizæ. Probatorizæ sunt, que dantur Actori ad positiones & articulos probatorios formandos, vel Reo ad respondentum ad eos; item ad testes vel instrumenta querenda, aut præparanda, adeoque ad probandam suam intentionem & exceptionem. Et quamvis in causis pecuniaris, aut Civilibus regulariter unica tantum detur, (nisi objustum impedimentum à parte litigante allegatur, & probatum, tertiam vel etiam quartam: nunquam tamen, quintam) Jūdex indulget cum solemnitate legali, si ve post probatam petendi causam, & præstítum à parte petente juramentum, quod malitiosè non petat dilationem talēm) in causis tamen criminalibus, ubi majus vertitur præjudicium, accusatori duæ, Reo autem tres tales dilationes ex quacunque causa, etiam nullo allegato im-

impedimento, concedi possunt (modò absit præsumptio, quâ malitiosè tales dilationes peruntur) si tamen partes tales dilationes petant. Sunt autem ordinatiè trium, sex, aut novem mensium hæ dilationes, pro circumstantiarum diversitate arbitrio Judicis definienda, ita tamen, ut inter Actorem & Reum servetur æquitas. Allegatoræ vetè dilationes sunt, quæ dantur partibus, post probationes & exceptiones auditas, ad allegandum ultra quid, si velint, debet enim post auditas probationes interrogare partes Judge, num ulterius aliquid allegare velint, & ad has allegationes producendas concedenda sunt partibus tres dilationes, quarum qualibet triginta dies sive mensem continet.

In tertia parte judicij conceduntur dilationes definitioræ, & executoriæ. Definitoriæ sunt, quæ dantur ad causam definiendam, statuto scil. certo tempore, quo ad audiendam sententiam partes comparere debeant: executoriæ dilationes sunt, quæ dantur Reo per sententiam condemnato, ad solutionem v.g. faciendam, quod temp° ordinatiè quarta men-

sium esse solet, ita tamen ut à Judge abreviari, aut prorogari possit, quæ quæ dilationes executoriæ in actionibus rebus aut criminalibus raro locum habent, cùm statim executio in talibus casibus fiat, nisi per accidens executionem talem quid impediatur. Prorogatio dilationis tum censemur fieri, quando dilatatio nis labentis, nondum tamen elapsa extensio, quo in casu prior dilatio adhuc durare dicitur, & lapsò prorogata est dilationis termino, nova censemur fieri dilatio, quæ concedi non potest sine aliqua cause, cognitione, utrum scil. eam concedenda dilationis sufficiens sit, &c. Prima tamen probatoria dilatio non potest prorogari, quia superest secunda, tertia, & quarta, allegato, & probato, isto impedimento. Effectus dilationis præcipuus est, quod, eâ pendente, officium Judicis conquescat, neque quidquam agendum sit, aut innovandum lo per articulo seu capitulo, super quo datur, est dilatio; nisi pars litigans, cui concessa fuit dilatio, hâc nondum finita, agat in causa sua, & in hac, non obstante dilatione, nondum finita procedat.

## TITULUS IX.

### DE FERIIS.

#### §. I.

##### De variis feriarum generibus, & earum computatione.

Feriae, hæc loci, generatim dicuntur dies, seu tempora, quibus jus non dicitur, sive quibus à negotiis forensibus,

sive actibus judicialibus cessatur, & recatur. Sunt autem feriae aliae solennes seu ordinariæ, quæ à legibus & SS. Canonibus definitæ sunt, & singulari annis recurrunt. Aliae sunt extra ordinariæ, seu repentinae, quæ non certa & stabili lege, sed pro re certa occurrent.